

2. (fol. 1v, 3. Kolumne, zweites Drittel)

Ex hoc potati sunt egri letificati
Sopitis morbis. Concessit ut arbiter orbis
Princeps Henricus, cuius perfectus amicus
Est manifestatus, sed virgo fuisse probatus
Eius ab uxore, que pro fama pociore
Quando pollebat coram regno cupiebat
Criminis in pacta maculas abstergere nacta,
Iudicio ferri cui eum sententia ferri
Proxima cepisset, retulit quia virgo fuisset
Quamvis iuncta viro, sed eo velit (?) omine dyro
Quodquod (?) adiuverunt examen, id obstupuerunt.
Sed studium rectum doluit rex esse reiectum
Seque revelari puduit, quem consociari
Exhinc altari, sed sanctis annumerari
Eugenius iussit ceu vir apostolicus sit
Ungarice genti per eum sacra despicienti
Divum falsorum noto primatē polorum
Regeque conserto thalami sibi federe certo
Eius germane, sed non constabit inane,
Quod pompis vernans et regia iura gubernans
Culmen regale meritum per spirituale
Tam sublimavit quam iuvenes glorificavit
Ecclesie natos sub eo duce pacificatos,
Qui Christo dignis rutilat post funera signis.

3. (fol. 2r, 1. Kolumne, 2. Absatz)

Sed cum venisset Romam magus et studuisset
Vrbis turbate populum magica levitate
Infascinare solidosque sibi sociare,
Cesar iniquorum consentaneus studiorum
Nero, sed actorum plenissimus oppositorum
Omnibus eiectis fideique per ardua vectis
Sicut honestatis inimicus et utilitatis
Cepit amare virum sperans aliquid sibi mirum
Posse revelari per eum sibi. Quem sociari
Dum congaudebat, reprobo per cuncta favebat.
Sed sibi collati per multa duo scelerali
Concordaverunt, stata dum pia deseruerunt,
Iste potestate ferus, hic fuit impietate,
Amboque crudeles nullique fuere fideles,
Amboque funesti cunctisque fuere molesti,
Quod simul incesti numquamque fuere modesti,
Amboque rancosi, mordaces, ingeniosi,
Amboque damnosi, furiosi, perniciosi,
Ambo ruinosi, nugaces, ambiciosi,
Ambo mendaces, periuri sive rapaces,
Ambo perversi scelerumque sub infima mersi.
Ipsis namque pares, quos in feritate notares.

Von diesen drei Textproben des Gedichtes — sie sind alle nur schwer zu deuten — bereitet die letzte besondere Schwierigkeit. Ihr geht nämlich ein kurzer Absatz über einen Theophilus voran, worunter keineswegs der sagen-